

pro ecclesiasticis vero, vel ipsa ecclesia, etiam ordinarie prouasallus admittatur. <sup>6)</sup>

## CAPVT XIV.

DE

## DISPOSITIONE TESTAMENTARIA CIRCA FEVDVM.

## DISTINCTIO I.

*Inter Dominum directum, et vasal-*  
*lum, de feudo testamentum facientem.*

**V**sum huius distinctionis DD. in eo collo-  
 care solent, quod vasallus, si regulam spectes,  
 absque consensu domini & agnatorum de do-  
 minio utili in feudo sibi competente per testa-  
 mentum disponere non possit; dominus direc-  
 tus vero, etiam absque consensu vasalli, de  
 dominio suo directo testandi licentiam habeat. <sup>1)</sup>  
 Recte quidem se res habet quoad vasallum; <sup>2)</sup>  
 sed quantum ad dominum directum attinet,  
 communis haec opinio ita simpliciter admitti  
 nequit. Rationes enim quibus nititur, si accu-  
 ratiiori eas subieceris examini, facile corruunt.

Hoc

6) Sam. STRYCKIVS in *exam. iur. feud.* cap. XIII.  
 qu. 11.; Casp. Henr. HORNIUS in *iurisprud. feud.*  
 cap. XIII. §. 9; Iust. Henn. BOEHMER in *iure ec-*  
*cles. Prot.* lib. III. tit. 20. §. 98.; Io. Petr. de LV-  
 DEWIG in *iure feud.* cap. XI. qu. 7. Respice quo-  
 que ad ea, quae dicta sunt ad cap. III. Dist. 7. et ad  
 cap. VI. Dist. 2. MOEL.

1) Sam. STRYCKIVS in *exam. iur. feud.* cap. XIV.  
 qu. 1 seqq. qu. 19.; Herm. VULTEIVS de *feudis*,  
 cap. IX. num. 84. MOEL.

2) De quo ad *distinct. praeced.* MOEL.

[p. 301.]

[p. 301.]